BIBLIOTE[illegible] UNIVERSITARIA



# Paſsionarium ſecundum ritum ſanctæ eccleſiæ Toletanæ, cæteraq; alia ſicut infra in indice patebunt: Summa vigilantia recognitum per Ioannem Rincon portionarium S. eccle. Tolet. eiuſdemq; ſacrarum ceremoniarum magiſtrum. Iuſſu admodum illuſtris Gometij, Telli, Giron, moderatoris digniſsimi iſtius S. eccle.

TOLETI,
Excudebat Ioannes de la Plaça.
1567.

R-330
Na 1073936
Nca 1589083
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA OVIEDO

# Index eorum que in hoc volumine continentur.


Paſſio domini ſecundum Mattheum.
Paſſio domini ſecundum Marcum.
Paſſio domini ſecundum Lucam.
Paſſio domini ſecundum Joannem.
Lamentationes Jeremie.
Kyries tenebrarum.
Benedictio cerei paſchalis.
Evangelium ſecundum Matth. et Liber generationis: quod cantatur ſ. die nativitatis domini ad matuti.
Euangelium quod cantatur in Epiphania domini ad matuti. ſ. Factum eſt autem. Luce.
Officium miſſe, et veſp. de feria v. in cena domini.
Totum officium de feria ſexta in paraſceue.
Orationes que dicuntur poſt paſſionem feria ſexta in paraſceuem in cantu.


Dominica in ramis. Matth. xxvj.


PAſſio domini noſtri ieſu chriſti
ſecũdum mattheũ. In
illo tẽpore. C Dixit dominus ieſus diſcipulis ſuis.
✠ Scitis quia poſt biduum paſcha fiet: et filius homi-
nis tradetur vt crucifigatur. C Tunc congregati ſunt
principes ſacerdotum et ſeniores populi: in atriũ prin
cipis ſacerdotum qui dicibatur cayphas: et conſilium


fecerunt vt ieſum dolo tenerent et occiderent. Dice-
bant autem. S Non in die feſto. C Ne forte tumul-
tus fieret in populo. Cũ autem eſſet ieſus in bethania
in domo ſimonis lepꝛoſi: acceſſit ad eum mulier habens
alabaſtrũ vnguenti pꝛecioſi: et effudit ſuper caput ipſiꝰ
recũbẽtis. Vidẽtes autẽ diſcipuli: indignati ſunt dicẽ-
tes. S Vt quid perdicio hec? Potuit enim iſtud venũ


dari multo et dari pauperibus. C Sciẽs autẽ ieſus ait
illis. ✠ Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus eniꝫ bo
nũ: operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habetis
vobiſcum: me autem non ſemper habebitis. Mittens
enim hec vnguentũ hoc in corpus meũ: ad ſepeliendum
me fecit. Amen dico vobis: vbicũqꝫ predicatũ fuerit
hoc euangelium in toto mundo / dicetur et quod


hec fecit in memoriam eius. C Tunc abijt vnus de
duodecim qui dicebatur Judas ſcarioth ad principes
ſacerdotũ ⁊ ait illis. S Quid vultis mihi dare et ego
vobis eum tradam. C At illi cõſtituerunt ei triginta
argẽteos. Et ex inde querebat opportunitatẽ: vt eum
traderet. Prima autẽ die azimorum: acceſſerunt diſci-
puli ad ieſum dicentes. S Ubi vis paremus tibi come-


dere paſcha: C At ieſus dixit. ✠ Ite in ciuitatem ad
quendã: ⁊ dicite ei. Magiſter dicit. Tẽpus meum pro-
pe eſt: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. C Et
fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis ieſus: ⁊ parauerũt
paſcha. Veſpere autẽ facto: diſcumbebat cum duode-
cim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis dixit. ✠ Amẽ
dico vobis: quia vnus veſtrũ me traditurus eſt. C Et


contriſtati valde: ceperunt ſinguli dicere. S Nunquid
ego ſum domine. C At ipſe reſpondẽs ait. ✠ Qui intin
git mecũ manum in parapſide. hic me tradet. Filius qui-
dem hominis vadit ſicut ſcriptũ eſt de illo. Ve autẽ ho-
mini illi: per quẽ filius hominis tradetur. Bonũ erat ei
ſi natus non fuiſſet homo ille. C Reſpondens autẽ iu-
das qui tradidit eum: dixit. S Nunquid ego ſum rabbi.


C. Ait illi. ✠ Tu dixiſti. C. Cenantibus autem eis: ac
cepit ieſus panem: et benedixit ac fregit. dedit qꝫ diſcipu
lis ſuis et ait. ✠ Accipite et comedite. hoc eſt corpus
meum. C. Et accipiens calicem: gracias egit et dedit
illis dicens. ✠ Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſan
guis meus noui teſtamẽti. qui pro multis effũdetur in
remiſſionem peccatorum. Dico autẽ vobis: non bibam


amodo de hoc genimine vitis: vſqꝫ in diem illum: cum
illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. C
Et hymno dicto. exierunt in montem oliueti. Tunc di
cit illis ieſus. ✠ Oẽs vos ſcandalũ patiemini in me in
iſta nocte. Scriptum eſt enim' Percuciam paſtorẽ: et
diſpergẽtur oues gregis. Poſtq̃ autem reſurrexero:
precedam vos in galileam. C Reſpondens autem pe-


trus ait illi. S Et ſi omnes ſcādalizati fuerint in te:
ego nunq̄ ſcādalizabor. C Ait illi ieſus. ✠ Amē di-
co tibi: quia in hac nocte anteq̄ gallus cantet ter me
negabis. C Ait illi petrꝰ. S Etiam ſi oportuerit
me mori tecū: non te negabo. C Similiter ⁊ oēs di-
ſcipuli dixerūt. Tunc venit ieſus cū illis in villam que
dicitur gethſemani: et dixit diſcipulis ſuis. ✠ Sede


te hic: donec vadã illuc et orẽ. C Et aſſumpto petro
et duobus filijs zebedei: cepit contriſtari et meſtus
eſſe. Tunc ait illis. ✠ Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad
mortẽ. Suſtinete hic: ⁊ vigilate mecũ. C Et progreſ
ſus puſillum: procidit in faciẽ ſuam orans ⁊ dicẽs. ✠
Pater mi ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Verũ
tamẽ nõ ſicut ego volo: ſed ſicut tu. C Et venit ad di



diſcipulos ſuos: et inuenit eos dormientes. Et dicit



petro: ſic. ✠ Non potuiſtis vna hora vigilare mecum:



Vigilate et orate: vt non intretis in tentationem. Spi



ritus quidē promptus eſt: caro autem infirma. C I



terum ſecundo abijt: et orauit dicens. ✠ Pater mi: ſi



non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum: fiat volū



tas tua. C Et venit iterū: et inuenit eos dormientes.


Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis: ite
rum abijt et orauit tercio eundem ſermonem dicens.
Tunc venit ad diſcipulos Et dicit illis. ✠ Dormite
iam et requieſcite. Ecce appropinquabit hora: et filius
hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite:
eamus Ecce appropinquat qui me tradet. C Ad-
huc eo loquente / ecce iudas vnus de duodecim


venit: et cum eo turba multa cum gladiis et fuſtibus miſ=
ſi a principibus ſacerdotum et ſenioribus populi. Qui
autem tradidit eum: dedit illis ſignum dicens. S Quē
cunq; oſculatus fuero: ipſe eſt: tenete eum. C Et con=
feſtim accedens ad ieſum dixit. S Aue rabbi. C Et oſ=
culatus eſt eum. Dixitq; illi ieſus. ✠ Amice: ad quid
veniſti. C Tunc acceſſerūt et manus iniecerūt in ieſū:



et tenuerũt eum. Et ecce vnus ex ijs qui erant cum ieſu:
extendens manum exemit gladium ſuum: et percutiens
ſeruum principis ſacerdotum: et amputauit auriculam
eius. Tunc ait illi ieſus. ✠ Conuerte gladium tuum in
locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium gla-
dio peribunt. An putas quia non poſſum rogare pa-
trem meum: et exhibebit mihi modo pluſquam duo


decim legiones angeloꝛum. Quomodo ergo imple-
buntuꝛ ſcripture. Quia ſic opoꝛtet fieri. C. In illa
hoꝛa dixit ieſus turbis. ✠ Tanquam ad latronem
exiſtis: cum galdijs et fuſtibus compꝛehendere me:
Qotidie apud vos ſedebam docens in templo: et non
me tenuiſtis. C. Hoc autē totum factum eſt: vt adimple
rētur ſcripture ꝓphetarū. Tūc diſcipuli omnes: relicto

010


eo fugerunt. At illi tenentes ieſum duxerunt ad caiphā
principem ſacerdotum vbi ſcribe et ſeniores conuene-
rant. Petrus autem ſequebatur eum a longe: vſq; in
atrium principis ſacerdotum. Et ingreſſus intro: ſede-
bat cū miniſtris vt videret finem. Principes autē ſacer-
dotum et omne concilium querebant falſum teſtimoniū
contra ieſum: vt eum morti traderēt. Et non inuenerunt


cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autem ve=
nerunt duo falſi teſtes: et dixerũt. S Hic dixit. Poſſũ
deſtruere templum dei et poſt triduũ reedificare illud.
C Et ſurgens princeps ſacerdotum ait illi. S Nihil reſ=
pondes ad ea que iſti aduerſũ te teſtificãtur. C Jeſus
autem tacebat. Et princeps ſacerdotũ ait illi. S Adiu=
ro te per deum viuum vt dicas nobis ſi tu es chriſtus fi=


lius dei. C Dixit illi ieſus ✠ Tu dixiſti. Uerũtamen
dico vobis: ammodo videbitis filium hominis ſeden-
tem a dextris virtutis dei: et venientẽ in nubibus celi
C Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua di-
cens. S Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus?
Ecce nũc audiſtis blaſphemiã. Quid vobis videtur. C
At illi reſpondentes dixerunt. S Reus eſt mortis. C


Tunc expuerunt in faciem eius: et colaphis eum cederũt:
Alij autem palmas in faciem ei dederunt dicentes. S
Prophetiza nobis chr̃e q̇s eſt q̇ te ꝑcuſſit. A Petrus
vero: ſedebat foris in atrio. Et acceſſit ad eum vna an
cilla: dicens. S Et tu cum ieſu galileo eras. A At ille
negauit coram omnibus dicens. S Neſcio quid dicis.
A Exeunte autem illo ianuam. vidit eum alia ancilla: et


ait illis qui eran tibi. S Et hic erat cũ ieſu nazareno
A Et iterunm negauit cum iuramento: quia non noui
hominem. Et poſt puſilium. acceſſerũt qui ſtabant: et di-
xerunt petro. S Vere et tu ex illis es: nam ⁊ loquella
tua manifeſtum te facit. A Tunc cepit deteſtari et iura
re: quia non nouiſſet hominem. Et continuo gallus can
tauit. Et recordatus eſt petrus verbi ieſu quod dixe-



rat: priuſquam gallus cantet ter me negabis. Et egreſ-



ſus foras: fleuit amare. Mane autem facto concilium



inierunt ōnes principes ſacerdotum et ſeniores populi



aduerſus ieſum: vt eum morti traderent. Et vinctum



adduxerunt eum: et tradiderunt poncio pilato preſidi.



Tunc videns iudas qui eum tradidit ꝙ dānatus eſſet:



penitentia ductus: retulit triginta argenteos principi-


bus ſacerdotum et ſenioribus dicens. S Peccaui tra
dens ſanguinem iuſtum. A At illi dixerunt. S Quid
ad nos: Tu videris. A Et proiectis argenteis in tem
plo receſſit: et abiens laqueo ſe ſuſpendit Principes au-
tem ſacerdotum aceptis argenteis dixerũt. S Non li-
eos mittere
cet mittere eos in corbonam: quia p̃reciũ ſanguinis eſt.
A Conſilio autem inito: emeruut ex illis agrum figuli:



in ſepulturam peregrinorū. Propter hoc vocatus eſt



ager ille acheldemach: hoc eſt ager ſanguinis, vſqꝫ in ho



diernū diem Tunc impletum eſt ꝙ dictun eſt per ieremiā



prophetam dicentē. Et acceperunt triginta argenteos:



precium apreciati: quem apreciauerunt filijs iſrael. Et



dederunt eos in agrum figuli: ſicut conſtituit mihi domi-



nus. Jeſus autem ſtetit ante preſidem: et interrogauit


eum pꝛeſes dicens. S Tu es rex iudeoꝛum. C Dixit il
li ieſus. ✠ Tu dicis. C Et cū accuſaretur a pꝛincipi-
bus ſacerdotum et ſenioꝛibus: nihil reſpōdit. Tunc dixit
illi pilatꝰ. S Nō audis quāta aduerſū te dicunt teſti-
monia C Et non reſpondit ei ad vllum verbū: ita vt mi-
raretur pꝛeſes vehementer: Per diem autem ſolēnem:
conſueuerat pꝛeſes dimittere populo: vnum vinctū quē


voluiſſent. Habebat autem tunc vnum vinctũ inſiguem:
q̇ dicebatur barabbas. Cõgregatis ergo illis dixit pi-
latus. S Quẽ vultis dimittã vobis barabbã: an ieſũ
qui dicitur xp̄s. C Sciebat enim ꝙ per inuidiã tradidiſ
ſent eũ. Sedente autẽ illo ꝓ tribunali: miſit ad eũ vxor
eius dicẽs. S Nihil tibi et iuſto illi. Multa eniz paſſa
ſum hodie ꝑ viſũ ꝓpter eũ. C Principes autẽ ſacerdo


tum et ſeniores perſuaſerunt populis: ut peterent bara
bã: ieſum vero perderent. Reſpondens autẽ preſes ait
illis. S Quem vultis vobis de duobus dimitti. C At
illi dixerunt. S Barabbam. C Dixit ilis pilatus. S
Quid igitur faciam ꝺ ieſu q̇ dicitur chriſtus. C dicũt oẽs
S Crucifigatur. C Ait ilis pſes. S Quid enim mali fe
cit. C At illi magis clamabãt dicẽtes. S Crucifigatur


C Videns autem pilatus quia nihil proficeret: ſed ma-
gis tumultus fieret: acepta aqua lauit manus coram po-
pulo dicēs. S Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius
vos videritis. C Et reſpondēs vniuerſus populus di-
xit. S Sanguis eius ſup̱ nos: et ſup̱ filios noſtros. C
Tūc dimiſit illis barabbā: ieſum autē flagellatū tradidit
eis: vt crucifigeretur. Tūc milites p̄ſidis ſuſcipiētes ieſū



inpretorio: congregauerũt ad eum vniuerſam cohortẽ.



Et exuentes eum chlamydem coccineã circũdederũt ei:



et plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput



eius: et arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante



eum illudebant ei dicentes. S Aue rex iudeorum. C



Et expuentes in eum acceperunt arundinem: et percu-



tiebant caput eius. Et poſtquã illuderunt ei: exuerunt


eum chlamydem: et induerunt eum veſtimentis eius:
⁊ duxerunt vt crucifigerent. Exeuntes autem inuene-
runt hominem cireneum nomine ſimonem. hunc anga-
riauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locū
qui dicitur golgota quod eſt caluarie locus: ⁊ dederūt
ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum guſtaſſet: no-
luit bibere. Poſtquam autem crucifixerunt eum: diuiſe-


runt veſtimenta eius ſortem mittentes: vt impleretur
qđ dictum eſt per prophetam dicentem. Diuiſerunt ſibi
veſtimenta mea: et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.
Et ſedentes ſeruabant eum. Et impoſuerunt ſuper ca-
put eius cauſam ipſius ſcriptam. Hic eſt ieſus rex iude
orum. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus a
dextris: et vnus a ſiniſtris. Preteruntes autem blaſ-


phemabant eum mouentes capita ſua et dicentes. S
Vah q̇ deſtruis templũ dei: et in triduo illud reedificas
ſalua temetipſum. Si filius dei es: deſcende de cruce. A
Similiter et principes ſacerdotum illudentes cum ſcri-
bis et ſenioribus dicebant. S Alios ſaluos fecit: ſeip-
ſum non poteſt ſaluum facere. Si rex iſrael eſt: deſcẽdat
nunc de cruce: et credimus ei. Confidit in deo: liberet


eum nunc ſi vult. Dixit enim: quia filius dei ſum. A I
dipſum autem et latrones qui crucifixi erant cum eo: im
propcrabant ei. Al ſexta autem hora tenebre facte ſunt
ſuper vniuerſam teram vſqꝫ ad horam nonam. Et circa
horam nonam clamauit ieſus voce magna dicens. ✠
He li. He li. lā maſa bat
tani. A Hoc eſt. ✠ Deus me us. De us




Cū dixerit emiſit ſpiritū tūc ꝑ
cuciat librū manu, ⁊ flexis ge
nib⁹ dicat ſub ſilētio. Pater
nr̃ ⁊ ſtatim erigit ſe ⁊ ꝓcedit.


Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſum
mo vſqꝫ deorſum. Et terra mota eſt: et petre ſciſſe ſunt:
et monumenta aperta ſunt: et multa corpora ſanctorum
qui dormierant ſurrexerunt. Et exeuntes de monumen-
tis poſt reſurrectionem eius: venerunt in ſanctam ciui-
tatem: et apparuerunt multis. Centurio autem et qui
cum eo erant cuſtodientes ieſum viſo teromotu et ijs


que fiebant: timuerunt valde dicentes S Vere filius
dei erat iſte. C Erant autem ibi mulieres multe a lon=
ge que ſecute erant ieſum a galilea miniſtrantes ei.
Inter quas erat maria magdalene: et maria iaco=
bi et ioſeph mater: et mater filiorum zebedei. Cū
ſero autem factum eſſet: venit quidam homo diues
abarimathia nomine ioſeph: qui et ipſe diſcipulus




Hic pe-tat bñdi-ctionē et turificet.


Altera autem die que eſt poſt paraſceuem cõue-
nerunt principes ſacerdotum et phariſei: ad pilatum
dicentes. Domine recordati ſumus: quia ſeductor
ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgam.
Jube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem
tertium: ne forte veniant diſcipuli eius et fu
rentur eum: et dicant plebi ſurrexit a mortuis.




Feria tertia. Marci cap. xiiij.




Bibliotheca Universitaria Oviedo


recumberet: venit mulier habens alabaſtrum vnguenti
nardi ſpicati precioſi: et fracto alabaſtro effudit ſuper
caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes in-
tra ſemet ipſos: et dicentes. S Ut quid perditio iſta
vnguenti facta eſt. Poterat enim vnguentum iſtud ve-
nundari pluſquam trecentis denariis: et dari pauperi-
bus. C Et fremebant in eam. Jeſus autẽ dixit. ✠ Si-


nite eam. Quid illi moleſti eſtis? Bonum opus opera-
ta eſt in me. Semper eniz pauperes habetis vobiſcum
et cum volueritis: poteſtis illis bene facere. Me-
autẽ nõ ſemper habebitis. Quod habuit hec fecit: pre
uenit vngere corpus meum in ſepulturam. Amen dico
vobis: vbicunq; predicatum fuerit euangeliũ iſtud in
vniuerſo mũdo: et quod hec fecit narrabitur in memo-


riam eius. A Et iudas ſcariothis vnus de duodecim
abijt ad ſummos ſacerdotes: vt proderet eum illis. Qui
audientes gauiſi ſunt: ⁊ promiſerunt ei pecuniã ſe datu-
ros. Et querebat quomodo illuz oportune traderet.
Et primo die azymorum quando paſca immolabant: di-
ojo cunt ei diſcipuli. S Quo vis eamus: ⁊ paremus tibi
vt mãduces
comedere paſcha. A Et mitit duos ex diſcipulis ſuis:


⁊ dixit eis. ✠ Ite in ciuitatem: ⁊ occurret vobis homo
lagenam aque baiulans. Sequimini eum: ⁊ quocunqꝫ
introierit: dicite domino domus: quia magiſter dicit.
Ubi eſt refectio mea. vbi paſcha cū diſcipulis meis man
ducem: Et ipſe vobis demōſtrabit cenaculum grande
ſtratum: et illic parate nobis. C Et abierunt diſcipuli
eius: et venerūt in ciuitatem: ⁊ inuenerūt ſicut dixerat


illis: et parauerunt paſcha. Veſpere autem facto ve-
nit cum duodecim. Et diſcūbentibus eis et manducan-
tibus: ait ieſus. ✠ Amen dico vobis: quia vnus ex vo-
bis me tradet: qui manducat mecum. C At illi cepe-
rūt ſigilatim cōtriſtari: et dicere ei. S Nūquid ego?
C Qui ait illis. ✠ Vnus ex duodecim: qui intingit me-
cum manū in catino. Et filius quidē hominis vadit ſi-


cut ſcriptum eſt de eo. Ue autē homini illi: per quem fi-
lius hominis tradetur. Bonū erat ei ſi non eſſet natus
homo ille. ¶ Et manducantibus illis accepit ieſus pa-
nē et benedicens fregit: et dedit eis: et ait. ✠ Sumite
hoc eſt corpus meum. ¶ Et accepto calice gratias
agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait il-
lis. ✠ Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro


multis effundetur. Amen dico vobis: quod iam non
bibam de hoc genimine vitis vſq; in diem illum: cuz il-
lud bibam nouum in regno dei. C Et hymno dicto:
exierunt in montem oliuarum. Et ait illis ieſus. ✠ Om
nes vos ſcandalizabimini in me in iſta nocte. Quia ſcri-
ptũ eſt. Percutiam paſtorẽ: ⁊ diſpergentur oues gre-
gis. Sed poſtquam reſurrexero: precedam vos in ga-


lileam. C Petrus autē ait ei. S Et ſi omnes ſcan-
dalizati fuerint: ſed non ego. C Et ait illi ieſus. ✠
Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac priuſquā
bis gallus vocem dederit: ter me es negaturus. C
At ille amplius loquebatur. S Et ſi oportuerit me
ſimul commori tibi: non te negabo. C Simi-
liter et omnes dicebant. Et veniunt in predium


cui nomen gethſemani: et ait diſcipulis ſuis. ✠ Se-
dete hic: donec orem. C Et aſſumit petrum et iaco-
bum et ioannem ſecū: et cepit pauere et tedere. Et ait
illis. ✠ Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Su-
ſtinete hic: et vigilate mecum. C Et cum proceſſiſſet
paululum: procidit ſuper terram: et orabat: vt ſi fieri
poſſet tranſiret ab eo hora et dixit. ✠ Abba pater:


omnia tibi poſſibilia ſunt: tranſfer calicem hunc a me.
Sed non quod ego volo: ſed quod tu. C Et venit: et
inuenit eos dormientes. Et ait petro. ✠ Simon dor=
mis. Non potuiſti vna hora vigilare? Vigilate et ora=
te, vt non intretis in tentationem. Spiritus qui
dem promtus eſt caro vero infirma. C Et ite=
rum abiens orauit eundem ſermonem dicens. Et


reuerſus denuo inuenit eos dormientes. Erant enim
oculi eorum grauati: et ignorabant quid reſponderent
ei. Et venit tertio: et ait illis. ✠ Dormite iam: et re-
quieſcite. Sufficit. Venit hora: ecce tradetur filius
hominis in manus peccatorum. Surgite eamus
Ecce qui me tradet: prope eſt. C Et adhuc eo
loquente: venit iudas ſcarioth vnus ex duodecim: et


cum eo turba multa cum gladijs et fuſtibus: miſſi a ſum-
mis ſacerdotibus ⁊ ſcribis ⁊ ſenioꝛibus. Dederat autē
traditoꝛ ſignū eis dicēs. S Quēcunqȝ oſculatus fuero
ipſe eſt tenete eū. et ducite caute. C Et cum veniſſet:
ſtatim accedens ad eum ait. S Rabbi. C Et oſcu-
latus eſt eum. At illi manus iniecerunt in ieſum: et
tenuerunt eum. Unus autem de circunſtantibus


educens gladium percuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis:
et amputauit illi auriculam. Et reſpondens ieſus ait
illis. ✠ Tanq̃ ad latronem exiſtis cum gladijs et lig=
nis cõprehendere me? Quotidie eram apud vos in tem
plo docens: et non me tenuiſtis. Sed vt impleantur
ſcripture C Tunc diſcipuli eius relinquẽtes eum om=
nes fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur


eum amictus ſindone ſuper nudo: ⁊ tenuerunt eum. At
ille reiecta ſindone nudus profugit ab eis. Et adduxe-
runt ieſum ad ſūmum ſacerdotem: et conuenerunt in
vnum oēs ſacerdotes et ſcribe et ſeniores. Petrus
autem a longe ſecutus eſt eum vſq; intro in atrium
ſummi ſacerdotis: et ſedebat cum miniſtris: et calefacie
bat ſe ad ignem. Summi vero ſacerdotes et omne con


cilium querebant aduerſus ieſum teſtimonium: vt eum
morti trãderent: nec inueniebant. Multi enim teſti
monium falſum dicebant aduerſus eum: et conuenien
tia teſtimonia non erant. Et quidam ſurgentes falſum
teſtimonium ferebant aduerſus eum dicentes. S Quo
niam nos audiuimus eum dicentẽ. Ego diſſoluam tem-
plum hoc manufactum: et poſt triduum aliud non manu-


factum edificabo. C Et non erat conueniens teſtimo-
nium illorum. Et exurgens ſummus ſacerdos in mediū
interrogauit ieſum dicens. S Non reſpondes quic-
quā ad ea: que tibi obijciūtur ab his. C Ille autem
tacebat: et nihil reſpondit. Rurſum ſūmus ſacerdos
interrogauit eum: ⁊ dixit ei. S Tu es chriſtus filius
dei benedicti. C Ieſ⁹ aūt dixit illi. ✠ Ego ſum. Et


videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis
dei: et venientem cum nubibus celi. A Sūmus autem
ſacerdos ſcidit veſtimenta ſua: et ait. S Quid adhuc
deſideramus teſtes. Audiſtis blaſphemiā. Quid vo-
bis videtur. A Qui omnes condēnauerunt eū eſſe
reum mortis. Et ceperunt quidā cōſpuere eum: et vela-
re faciem eius: et colaphis eum cedere: et dicere ei. S


Prophetiza. A Et miniſtri alapis eum cedebant.
Et cum eſſet petrus in atrio deorſum: venit vna ex an-
cillis ſummi ſacerdotis. Et cum vidiſſet petrum calefa-
cientē ſe: aſpiciens illū ait. S Et tu cū ieſu nazareno
eras. A Et ille negauit dicens. S Neqꝫ ſcio neqꝫ
noui quid dicas. A Et exijt foras ante atriū: ⁊ gal-
lus cantauit. Rurſus autem cum vidiſſet illum ancilla:


cepit dicere circunſtãtibus: quia hic ex illis eſt. At ille
iterum negauit. Et poſt puſillũ rurſus qui aſtabãt: dice
bant petro. S Vere ex illis es: nã et galileus es. A
Ille autem cepit anathematizare et iurare: quia neſcio
hominen iſtum quẽ dicitis. Et ſtatim iterum gallus can
tauit. Et recordatus eſt petrus verbi quod dixerat ei
ieſus: priuſquam gallus cantet bis: ter me negabis. Et


cepit flere. Et confeſtim mane conſilium facientes ſum
mi ſacerdotes cum ſenioribus et ſcribis et vniuerſo
concilio vincientes ieſum duxerunt: et tradiderunt pi
lato. Et interrogauit eum pilatus. S Tu es rex iu-
deorum: C At ille reſpondens ait illi. ✠ Tu di-
cis. C Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in
multis. Pilatus autem rurſum interrogauit eum



dicens. S Non reſpondes quicquam. Vide in quan-



tis te accuſant. C. Ieſus autem amplius nihil reſpon-



dit: ita vt miraretur pilatus. Per diem autē feſtum di-



mittere ſolebat illis vnū ex vinctis: quēcunq; petiſſent.



Erat autem vnus qui dicebatur barabbas: qui cum ſe-



ditioſis erat vinctus: qui in ſeditione fecerat homi-



cidium. Et cum aſcendiſſet turba: cepit rogare ſicut


ſemper faciebat illis. Pilatus autem reſpondit eis:
et dixit. S Uultis dimittam vobis regem iudeo-
rum. C Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent
eum ſummi ſacerdotes. Pontifices autem conci-
tauerunt turbam: vt magis barabbã dimitteret eis Pi-
latus autem iterum reſpondẽs ait illis. S Quid ergo
vultis faciam regi iudeorum. C At illi iterum clama


uerunt. S Crucifige eum. C Pilatus vero dicebat
eis. S Quid enim mali fecit. C At illi magis clama
bant. S Crucifige eum. C Pilatus autem volens
populo ſatiſfacere dimiſit illis barabbam. Et tradidit
ieſum flagellis ceſſum: vt crucifigeretur. Milites au-
tem duxerunt eum in atriũ pretorij: et conuocant totam
cohortem: et induunt eum purpura: et imponunt ei plec-


tentes ſpineam coronam: et ceperunt ſalutare eum. S
Aue rex iudeorum. C Et percutiebant caput eius
arundine: et conſpuebant eum: ⁊ ponentes genua ado-
rabant eum. Et poſtq̄ illuſerunt ei: exuerunt illum
purpuram: et induerunt illū veſtimentis ſuis: et ducūt
illum: vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prete-
reuntem quempiam ſimonē cireneum venientē de villa

patrem alexandri et ruffi: vt tolleret crucem eius. Et
perducunt eũ in golgotha locum: quod eſt interpreta-
tũ caluarie locus. Et dabãt ei bibere myrrhatum vinũ:
et non accepit. Et crucifigentes eum diuiſerunt veſti-
menta eius mittentes ſortem ſuper eis quis quid tolle-
ret. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum. Et
erat titulus cauſe eius inſcriptus: rex iudeorum. Et cũ


eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris: ⁊ alium
a ſiniſtris eius. Et adimpleta eſt ſcriptura que dicit: et
cum iniquis deputatus eſt. Et pꝛetereuntes blaſphema
bant eum mouentes capita ſua et dicentes. S Vah
qui deſtruis tēplum dei: et in tribus diebus reedificas.
Saluum fac temetipſum deſcendens de cruce C Si-
militer et ſummi ſacerdotes illudentes ad alterutrum


cum ſcribis dicebant. S Alios ſaluos fecit: ſeipſum
non poteſt ſaluum facere. Si chriſtus rex iſrael eſt. deſ-
cendat nūc de cruce vt videamus et credamus. A Et
qui cum eo crucifixi erant: conuiciabantur ei. Et facta
hora ſexta tenebre facte ſunt per totam terram vſqꝫ in
horam nonam. Et hora nona exclamauit ieſus voce
magna dicens ✠ He loi. He


loi. lãmazabac ta ni. C Quod eſt interpreta
tum. ✠ Deu s meus. De u s meus: vt
quid dereliqui ſti me. C Et quidam de circunſtāti
bus audientes dicebant. S Ecce heliam vocat. C
Currens autem vnus et implens ſpongiam aceto: cir-
cumponenſq; calamo: potum dabat ei dicens. S Si-
nite videamus: ſi veniat helias ad deponendum



eum C Jeſus autem emiſſa voce magna expirauit.



Et velum templi ſciſſum eſt in duo: a ſummo vſ-



ꝗ deorſum. Uidens autem centurio qui ex aduerſo ſta-



bat: quia ſic clamans expiraſſet ait. S Uere hic homo



filius dei erat. C Erant autem ibi mulieres de longe



aſpicientes: inter quas erat maria magdalene: et maria



iacobi minoris et ioſeph mater: et ſalome. Et cum eſſet


in galilea ſequebãtur eũ: ⁊ miniſtrabãt ei. Et alie multe
que ſimul cũ eo aſcenderant hiero ſo lymã.
Hic pe-
tat bñdi-
ctionẽ et
turificet.
ET cum iam ſero eſſet factum: quia erat paraſce-
ue quod eſt ante ſabbatum: venit ioſeph ab arimathia
nobilis decurio: qui et ipſe erat expectans regnum
de i. Et audacter introiuit ad pilatum: et petijt cor-
pus ie ſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obiſſet.




Feria quarta. Luce cap. xxij.

Aſſio domini noſtri ieſu chriſti: ſecundum Lucam. In illo tempore. C Appropinquabat autem dies feſtus azymorũ qui dicitur paſcha: ⁊ querebant principes ſa-cerdotũ ⁊ ſcribe: quomodo ieſum interficerent: timebãt vero plebem. Intrauit autem ſathanas in iudã qui co-gnominabat̃ ſcharioth vn⁹ ꝺ duodecim: ⁊ abijt et locut⁹


eſt cum principibus ſacerdotũ et magiſtratibus: quẽad
modum illum traderet eis: Et gauiſi ſunt: et pacti ſunt
pecuniã illi dare. Et ſpopondit. Et querebat opportuni
tatẽ: vt traderet eum ſine turbis. Venit autem dies
azimorum: in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit pe-
trum et ioanem dicens. ✠ Euntes parate nobis paſ-
cha: vt manducemus. C At illi dixerunt. S Vbi


vis paremus. C Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeun
tibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo am-
phoram aque portans. Sequimini eum in domũ in quã
intrat: et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi ma-
giſter. Ubi eſt diuerſoriũ: vbi paſcha cũ diſcipulis meis mã
ducem. Et ipſe vobis oſtẽdet cenaculũ ~~grãde~~ magnũ ſtratũ: ꝛ
ibi parate. C Euntes autem inuenerunt ſicud dixit


illis:et parauerunt paſcha. Et cum facta eſſet hora diſ
cubuit:et duodecim apoſtoli cum eo. Et ait illis. ✠
Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcum:
ante quam patiar. Dico enim vobis:quia ex hoc non
manducabo illud: donec impleatur in regno dei. C
Et accepto calice:gratias egit:et dixit. ✠ Accipite:
et diuidite inter vos. Dico enim vobis: ꝙ nõ bibã de


generacione vitis: donec veniat regnum dei. a Et
accepto pane grãs egit: ⁊ fregit ꝺdit eis dicẽs. ✠ Hoc
eſt corpus meum: quod pro vobis datur: hoc facite in
meã conmemorationem. a Similiter et calicem poſt
quam cenauit dicens. ✠ Hic eſt calix nouum teſtamen
tum in meo ſanguine: q̇ pro vobis effũdetur. Uerũtamẽ
ecce manus tradẽtis me: mecũ eſt in mẽſa. Et q̇dẽ filius


hominis ſecundum quod diffinitum eſt vadit. Verun-
tamen ve homini illi: per quem tradetur. Et ipſi
ceperunt querere inter ſe: quis eſſet ex eis qui hoc fac-
turus eſſet. Facta eſt autem et contētio inter eos: quis
eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis ieſus. ✠
Reges gentium dominantur eorum: et qui poteſtatem
habent ſuper eos: benefici vocantur. Vos autem non


ſic. Sed qui maior eſt in vobis: fiat ſicut minor. Et
qui preceſſor: ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt
qui recumbit: an qui miniſtrat. Nonne qui recumbit.
Ego autem in medio veſtrum ſum: ſicut qui miniſtrat.
Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum: in tentationi-
bus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi
pater meus regnum: vt edatis et bibatis ſuper menſam


meam in regno meo. Et ſedeatis ſuper thronos iudican-
tes duodecim tribus iſrael. C Ait autem dominus
ſimoni. ✠ Simon: ecce ſathanas expetiuit vos: vt cri-
braret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te: vt non
deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus: confir
ma fratres tuos. C Qui dixit ei. S Domine / te-
cum paratus ſum et in carcerem et in mortem


ire. C At ille dixit. ✠ Dico tibi petre: non cantabit
hodie gallus / donec ter abneges noſſe me. C Et
dixit eis. ✠ Quando miſi vos ſine ſacculo et pera
et calciamentis: nunquid aliquid defuit vobis: C
At illi dixerunt. S Nihil: C Dixit ergo eis. ✠
Sed nunc qui habet: ſacculum: tollat ſimiliter et peram
Et qui non habet: vendat tunicam ſuam: et emat gla-


dium . Dico enim vobis: quoniam adhuc hoc quod
ſcriptum eſt: opoꝛtet impleri in me. Et cum iniquis de
putatus eſt. Etenim ea q̃ ſunt de me: finem habent. C
At illi dixerunt S Domine. ecce gladij duo hic? C
At ille dixit eis. ✠ Satis eſt C Et egreſſus: ibat
ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum. Secu
ti ſunt autem illum et diſcipuli. Et cum perueniſſet ad


locum: dixit eis ieſus. ✠ Orate: ne intretis in tenta-
tionem. C Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus
eſt lapidis. Et poſitis genibus orabat dicens. ✠ Pa-
ter: ſi vis tranſfer calicem hunc a me. Veruntamen non
mea voluntas: ſed tua fiat. C Apparuit autem illi
angelus de celo confortans eum. Et factus in agonia
prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius ſicut gutte


ſanguinis decurrentis in terram. Et cum ſurrexiſſet ab
oratione: ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos: inuenit eos dor
mientes pre triſtitia. Et ait illis. ✠ Quid dormitis?
Surgite, ~~et~~ orate: ne intretis in tentationem. C Ad-
huc eo loquēte: ecce turba ⁊ qui vocabatur iudas vnus
de duodecim antecedebat eos: ⁊ appropinquauit ad ie-
ſum vt oſcularetur eum. Jeſus autem dixit illi. ✠ Ju-


da oſculo filiū hominis tradis? C Uidentes au
tem ij qui circa ipſum erant quod futurū erat dixerunt
ei. S Domine: ſi percutimus in gladio? C Et per
cuſſit vnus ex illis ſeruum principis ſacerdotum: ⁊ am-
putauit auriculam eius dexteram. ℟eſpondens autem
ieſus ait. ✠ Sinite vſq; huc. C Et cū tetigiſſet auri
culā eius: ſanauit eū. Dixit autē ieſus ad eos: q̄ vene-


rant ad ſe principes ſacerdotum: ⁊ magiſtratus tem-
pli ⁊ ſeniores. ✠ Quaſi ad latronem exiſtis cum gla-
dijs et fuſtibus: Cũ quotidie ~~apud vos~~ vobiſcum fuerim in tẽplo
nõ extẽdiſtis manus in me. Sed hec eſt hora veſtra et
poteſtas tenebrarũ. A Cõprehẽdentes autẽ eũ: duxe
rũt eũ ad domũ principis ſacerdotũ. Petrꝰ vero ſeque
batur eum a longe. Accenſo autem igne in medio atrij:


et circunſedentibus illis: erat petrus in medio eorum.
Quem cum vidiſſet aucilla quedam ſedentem ad lumen:
et cum fuiſſet intuita dixit. S Et hic cum illo erat. C
At ille negauit eum dicens. S Mulier: non noui il-
lũ. C Et poſt puſillũ ali⁹ vidẽs eũ dixit. S Et tu de
illis es? C Petrus vero ait. S O homo nõ ſum. C
Et interuallo facto quaſi hore vnius: alius quidẽ affir


mabat dicens. S Vere ꝛ hic cum illo erat: nam et ga-
lileus eſt. C Et ait petrus. S Homo neſcio quid di-
cis. C Et cõtinuo adhuc eo loquẽte: cãtauit gall⁹. Et
cõuerſus domin⁹ reſpexit petrũ. Et recordat⁹ eſt petr⁹
verbi domini ſicut dixerat: quia priuſquã gallus cãtet ter
me negabis. Et egreſſus foras petr⁹ fleuit amare. Et vi
ri q̃ tenebãt eũ: illudebãt ei cedẽtes. Et velauerũt eũ: ꝛ


percutiebant faciem eius: et interrogabant eum dicen-
tes. S Prophetiza: quis eſt qui te percuſſit? C Et
alia multa blaſphemātes dicebant in eum. Et vt factus
eſt dies: cōuenerunt ſeniores plebis et principes ſacer-
dotū ⁊ ſcribe: ⁊ duxerūt illū in cōciliū ſuum: dicētes. S
Si tu es chriſtus: dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vo-
bis dixero: nō credetis mihi: ſi autē ⁊ interrogauero nō


reſpondebitis mihi neqꝫ dimittetis. Ex hoc autem erit
filius hominis ſedens a dextris virtutis dei? C Di-
xerunt autē omnes. S Tu ergo es filius dei? C Qui
ait. ✠ Vos dicitis: quia ego ſum. C At illi dixe-
runt. S Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Ip-
ſi enim audiuimus de ore eius. C Et ſurgens omnis
multitudo eorum duxerunt illū ad pilatū. Ceperūt autē


illũ accuſare dicẽtes. S Hunc inuenimus ſubuerten
tem gentem noſtram: et prohibentem tributum dari ce
ſari: et dicentẽ ſe xp̄m regem eſſe. C Pilatus autem
interrogauit eum dicens. S Tu es rex iudeorum. C
At ille reſpondens ait. ✠ Tu dicis. C Ait autem
pilatus principibus ſacerdotum. et turbis. S Nihil
inuenio cauſe in hoc hoīe. C At illi inualeſcebant di


centes. S Cõmouit populũ docens per vniuerſam iu-
deam: incipiens a galilea vſqꝫ huc. C Pilatus autem
audiens galileam interrogauit: ſi homo galileus eſſet.
Et vt cognouit quod de herodis poteſtate eſſet: remi-
ſit eum ad herodem: qui et ipſe hieroſolymis erat illis
diebus. Herodes autem viſo ieſu: gauiſus eſt valde.
Erat enim ex multo tempore cupiens videre eum: eo ꝙ


audiret multa de illo: et ſperabat ſignum aliquod vi-
dere ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis ſer
monibus: et ipſe nihil ei reſpondebat. Stabant autem
principes ſacerdotum et ſcribe cõſtanter accuſantes eũ.
Spreuit autẽ illum herodes cũ exercitu ſuo: ⁊ illuſit in-
dutum veſte alba: ⁊ remiſit ad pilatum. Et facti ſunt
amici herodes et pilatus in ipſa die. Nã antea inimi-


ci erant adinuicem. Pilatus autem conuocatis pꝛinci
pibus ſacerdotum ⁊ magiſtratibus ⁊ plebe: dixit ad il
los. S Obtuliſtis mihi hominem hunc quaſi auerten
tem populum: et ecce ego coꝛam vobis interrogans:
nullam cauſam inuenio in homine iſto: ex ijs in quibus
eum accuſatis. Sed neqꝫ herodes. Nam remiſit illum
ad nos: et ecce dignum moꝛte nihil actum eſt ei. Emen


datum ergo illum dimittam. C Neceſſe autem habe-
bat dimittere eis per diem feſtum vnum. Exclamauit
autē ſimul vniuerſa turba: dicens. S Tolle hunc: et
dimitte nobis barabbam. C Qui erat propter ſeditio-
nem quandam factam in ciuitate ⁊ homicidium miſſus
in carcerem. Iterum autē pilatus locutus eſt ad illos
volens dimittere ieſum. At illi magis ſucclamabant di-


centes. S Crucifige:crucifige eum. C Jlle autem
tertio dixit ad illos. S Quid enim malifecit iſte? Nul
lam cauſam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illũ:
et dimittam. C At illi inſtabant vocibus magnis: po
ſtulantes vt crucifigeretur. Et inualeſcebaut voces
eorum. Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorũ.
Dimiſit autem illis eum: q̇ propter homicidium ⁊ ſedi


tionem miſſus fuerat in carcerem: quem petebant. Je-
ſum vero tradidit voluntati eoꝛum, Et cum ducerent
eum: appꝛehenderunt ſimonem quendã cirenenſem ve
nientem de villa: ⁊ impoſuerunt illi crucẽ poꝛtare poſt
ieſum. Sequebatur autem illum multa turba populi et
mulierum: que plangebant: ⁊ lamentabantur eum. Cõ
uerſus autem ad illas ieſus dixit. ✠ Filie ieru


ſalem: nolite flere ſuper me: ſed ſuper voſipſas flete:
et ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies
in quibus dicent. Beate ſteriles ⁊ ventres qui non ge-
nuerunt: et vbera que non lactauerunt. Tunc inci-
pient dicere montibus cadite ſuper nos: et collibus
operite nos. Quia ſi in viridi ligno hec faciunt: in
arido quid fi et: ¶ Ducebantur autem alij


duo nequam cum eo: vt interficerentur. Et poſtquam
venerunt in locum qui vocatur caluarie: ibi crucifixe
runt eum. Et latrones vnum a dextris: et alterum a
ſiniſtris. Jeſus autem dicebat. ✠ Pater: dimitte
illis: nõ enim ſciunt quid faciunt. C Diuidentes ve-
ro veſtimẽta eius miſerunt ſortes. Et ſtabat populus
expectans. Et deridebant eum principes cum eis di-



centes. S Alios ſaluos fecit: ſeipſum ſaluum faciat:



ſi hic eſt chriſtus dei electus. A Illudebant autem



ei: et milites accedentes et offerentes illi acetum



dicebant. S Si tu es rex iudeorum: ſaluum te



fac. A Erat autem et ſuperſcriptio ſcripta ſuper il-



lum: literis grecis et latinis et hebraicis. Hic eſt rex



iudeorum. Unus autẽ de ijs qui pendebãt latronibus


blaſphemabat eum dicẽs. S Si tu es chriſtus ſaluum
fac temetipſum ⁊ nos. C Reſpondẽs autẽ alter incre-
pabat illum dicens. S Neque tu times deum qui in
eadem damnatione es: et nos quidẽ iuſte: nam digna
factis recipimus: hic vero nihil mali geſſit. C Et di-
cebat ad ieſum. S Domine: memento mei dum
veneris in regnum tuum. C Et dixit illi ieſus.


Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. A
Erat autem fere hora ſexta: et tenebre facte ſunt in vni-
uerſam terram vſqꝫ in horam nonam. Et obſcuratus
eſt ſol. Et velum templi ſciſſum eſt medium. Et clamãs
voce magna ieſus a it. ✠ Pa ter in manꝰ tuas
cõmẽdo ſpiritum meũ. A Et hec dicens: expirauit.
Uidens autem centurio quod factum fuerat:


glorificauit deum dicens. S Uere hic homo iuſtus
erat. A Et omnis turba eorum: qui ſimul aderant
ad ſpectaculum iſtud: et videbant que fiebant: percu-
tientes pectora ſua reuertebantur. Stabant autē om-
nes noti eius a longe: et mulieres que ſequte erant
eum a galilea: hec vi den tes.
Hic petat bñdictionē et turificet.
A T ecce vir nomine ioſeph qui erat decurio




Feria ſexta In paraſceue.
Joannis cap. xviij.


Paſſio domini noſtri ieſu chriſti:
ſecundum Joannē. In
illo tēpore. Egreſſus eſt ieſus cū diſcipulis ſuis
trans torrentem cedron: vbi erat hortus: in quem in-
troiuit ipſe et diſcipuli eius. Sciebat autem et iudas
qui tradebat eum locum: quia frequenter ieſus conue-
nerat illuc cum diſcipulis ſuis. Judas ergo cum acce-


piſſet cohoꝛtē et a pōtificibus et phariſeis miniſtros:
venit illuc cum laternis et facibus et armis. Jeſus
itaqꝫ ſciens omnia que ventura erant ſuper eum: pro-
ceſſit et dixit eis. ✠ Quem queritis? C Reſponde
runt ei. S Jeſum nazarenum. C Dixit eis ieſus. ✠
Ego ſum. C Stabat autem et iudas qui tradebat
eum cum illis. Ut ergo dixit eis ego ſum: abierunt re-


trorſum: et ceciderunt in terram. Iterum ergo interro-
gauit eos. ✠ Quem queritis? C Illi autem dixe-
rũt. S Jeſum nazarenũ. C Reſpondit ieſus. ✠
Dixi vobis: quia ego ſum. Si ergo me queritis: ſinite
hos abire. C Ut impleretur ſermo quem dixit: quia
quos dediſti mihi non perdidi ex eis quenquã. Simon
ergo petrus habens gladium eduxit eum: et percuſſit


ſeruum pontificis: ⁊ abſcidit auriculam eius dexteram.
Erat autem nomen ſeruo malchus. Dixit ergo ieſus pe-
tro. ✠ Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem
quem dedit mihi pater: non vis vt bibam illũ. C. Co-
hors ergo et tribunus et miniſtri iudeorum comprehen-
derunt ieſum: ⁊ ligauerunt eum: ⁊ adduxerunt eum ad
annam primum. Erat autem ſocer caiphe qui erat pon-


tifex anni illius. Erat autem cayphas qui conſilium
dederat iudeis: quia expedit vnum hominem mori
pro populo. Sequebatur autē ieſum ſimon petrus: ⁊
alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pō-
tifici: et introiuit cum ieſu in atrium pōtificis. Petrus
autem ſtabat ad oſtium foris. Exijt ergo diſcipulus
ille alius qui erat notus pontifici: et dixit oſtia


rie: et introduxit petrum. Dixit ergo petro ancilla
oſtiaria. S Nunquid et tu ex diſcipulis es hominis
iſtius? C Dicit ille. S Non ſum. C Stabant autē
ſerui et miniſtri ad prunas: quia frigus erat: et calefa-
ciebant ſe. Erat autem cum eis petrus ſtans: et cale-
faciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Jeſum de di-
ſcipulis eius: et de doctrina eius. Reſpondit ei



ieſus. ✠ Ego palam locutus ſum mundo: ego ſemper



docui in ſynagoga et in templo quo omnes iudei con-



ueniunt: et in occulto locutus ſum nihil. Quid me in



terrogas? Interroga eos qui audierunt: quid locutus



ſum ipſis. Ecce hi ſciunt: que dixerim ego. C. Hec au



tem cũ dixiſſet vnus aſſiſtens miniſtrorũ: dedit alapam



ieſu dicens. S. Sic reſpõdes pontifici? C. Reſpõdit


ei ieſus. ✠ Si male locutus ſum: teſtimonium perhi-
be de malo. Si autem bene: quid me cedis? C Et
miſit eum annas ligatum ad caypham pontificem.
Erat autem ſimon petrus ſtans: et calefaciens ſe. Di-
xerūt ergo ei. S Nunq̃d ⁊ tu ex diſcipulis eius es? C
Negauit ille et dixit. S Non ſum. C Dicit ei vnus
ex ſeruis pōtificis cognatus eius cuius auriculam ab-


ſcidit petrus. S Nōne ego te vidi in horto cū illo? C
Iterum ergo negauit petrus. Et ſtatim gallus canta-
vit. Adducunt ergo ieſum ad cayphā in pretoriū. Erat
autē mane: et ipſi non introierunt in pretorium, vt non
contaminarentur: ſed vt manducarent paſcha. Exiuit
ergo pilatꝰ ad eos foras: ⁊ dixit. S Quā accuſationē
affertis aduerſus hominem hunc? C Reſponderunt


et dixerunt. S Si non eſſet hic malefactor: non tibi
tradidiſſemus eum. C Dixit ergo eis pilatus. S
Accipite eum vos: ⁊ ſecundum legem veſtram iudicate
eum. C Dixerunt ergo ei iudei. S Nobis non licet
interficere quẽquã. C Ut ſermo ieſu impleretur quẽ
dixit: ſignificãs qua eſſet morte moriturus. Introiuit
ergo iterum in pretoriũ pilatus: et vocauit ieſum et di



xit ei. S Tu es rex iudeorũ? C Reſpondit ieſus. ✠



A temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? C



Reſpõdit pilatus. S Nũquid ego iudeus ſum? Gẽs



tua et pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feci-



ſti? C Reſpondit ieſus. ✠ Regnum meum nõ eſt de



hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum: mini-



ſtri mei vtiq; decertarent vt non traderer iudeis. Nũc


autem regnum meum non eſt hinc. A Dixit itaqꝫ ei
pilatus. S Ergo rex es tu? A Reſpondit ieſus. ✠
Tu dicis: quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum: ⁊ ad
hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeã verita-
ti. Omnis qui eſt ex veritate: audit meam vocem. A
Dicit ei pilatus. S Quid eſt veritas? A Et cum
hoc dixiſſet: iterum exiuit ad iudeos: et dixit eis. S


Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetu-
do vobis: vt vnum dimittam vobis in paſcha. Vultis
ergo dimittā vobis regem iudeorum: A Clamaue-
runt rurſum omnes dicentes. S Nō hunc: ſed barab-
bam. A Erat autem barabbas latro. Tunc ergo ap-
prehendit pilatus ieſum: ⁊ flagellauit. Et milites ple
ctentes coronam de ſpinis impoſuerūt capiti eius: et


veſte purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad
eum et dicebant. S Aue rex iudeorũ. C Et dabant
ei alapas. Exiuit iterum pilatus foras: ⁊ dixit eis. S
Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoſcatis quia in
eo nullam cauſam inuenio. C Exiuit ergo ieſus por-
tans ſpineam coronam: ⁊ purpureum veſtimentum. Et
dicit eis. S Ecce homo. C Cum ergo vidiſſent eum


pontifices et miniſtri: clamabant dicentes. S Cruci-
fige: crucifige eum. C Dixit eis pilatus. S Accipi-
te eum vos: et crucifigite. Ego enim non inuenio in
eo cauſam. C Reſponderunt ei iudei. S Nos le-
gem habemus: et ſecundum legem debet mori: quia fi-
lium dei ſe fecit. C Cum ergo audiſſet pilatus hunc
ſermonem: magis timuit. Et ingreſſus eſt pretoriū ite-


rum: et dicit ad ieſum. S Unde es tu: C Jeſus autē
reſponſum non dedit ei. Dixit ergo ei pilatus. S Mi
hi non loqueris: Neſcis quia poteſtatem habeo dimit
tere te: C Reſpondit ei ieſus. ✠ Non haberes po
teſtatem aduerſum me vllam: niſi eſſet tibi datum deſu
per. Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatū ha
bet. C Et exinde querebat pilatus dimittere eum.


Judei autem clamabant dicētes. S Si hunc dimittis
non es amicus ceſaris. Omnis enim qui ſe regem facit:
contradicit ceſari. C Pilatus ergo cum audiſſet hos
ſermones: adduxit foras ieſum: et ſedit pro tribuna-
li in loco qui dicitur lithoſtratos: hebraice autem ga-
batha. Erat autem paraſceue paſche hora quaſi ſexta:
et dicit iudeis. S Ecce rex veſter. C Illi autem c a


mabāt. S Tolle tolle crucifige eum. C Dicit illis
pilatus. S Regem veſtrum crucifigā: C Reſpōde-
runt pontifices. S Non habemus regē niſi ceſarē. C
Tunc ergo tradidit eis illū: vt crucifigeretur. Suſcepe-
runt autē ieſum: et eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem
exiuit in eum qui dicitur caluarie locus hebꝛaice
autem golgotha: vbi eum crucifixerunt. Et cum eo


alios duos hinc et hinc: mediũ autẽ ieſum. Scrip ſit au
tem et titulũ pilatus: et poſuit ſuper crucẽ. Erat autẽ
ſcriptũ. Jeſus nazarenꝰ rex iudeorũ. Hũc ergo titulũ
multi legerunt iudeorum: quia prope ciuitatem erat lo
cus: vbi crucifixus eſt ieſus. Et erat ſcriptum hebraice
grece et latine. Dicebant ergo pilato pontifices iu
deorum. S Noli ſcribere rex iudeorum: ſed quia


ipſe dixit rex ſum iudeorum. C Reſpondit pilatus. S
Quod ſcripſi ſcripſi. C Milites ergo cum crucifixiſ-
ſent eum: acceperunt veſtimenta eius: ⁊ fecerunt qua-
tuor partes vnicuiqꝫ militi partem: et tunicam. Erat
autem tunica inconſutilis deſuper contexta per totum.
Dixerūt ergo adinuicē. S Nō ſcindamus eam: ſed ſor-
tiamur de illa cuius ſit. C Ut ſcriptura impleretur di-



cens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: et in veſtem



meam miſerunt ſortẽ. Et milites quidẽ hec fecerũt. Sta-



bant autẽ iuxta crucem ieſu mater eius: et ſoror matris



eius maria cleophe: et maria magdalene. Cum vidiſſet



ergo ieſus matrem et diſcipulum ſtantem quẽ dilige-



bat dicit matri ſue. ✠ Mulier: ecce filius tuus. C



Deinde dicit diſcipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex


illa hora accepit eam diſcipulus in ſuã. Poſtea ſciens
ieſus quia omnia iam conſummata ſunt: vt conſumma-
retur ſcriptura: dicit. ✠ Sitio. ¶ Vas ergo poſi-
tum erat aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam
aceto hyſſopo circumponentes obtulerunt ori eius.
Cũ ergo accepiſſet ieſus acetum dixit. ✠ Cõſumma-
tũ eſt. ¶ Et inclinato capite tradidit ſpiritũ.


Judei ergo quoniam paraſceue erat: vt non remane-
rent in cruce corpora ſabbato: erat enim magnus dies
ille ſabbati: rogauerunt pilatum vt frangerentur eo-
rum crura: et tollerentur. Venerunt ergo milites: ⁊ pri-
mi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus
eſt cum eo. Ad ieſum autem cum veniſſent: vt viderunt
eum iam mortuum non fregerunt eius crura: ſed vnus


militum lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit
ſanguis et aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit:
et verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit: quia vera
dicit: vt et vos credatis. Facta ſunt enim hec vt
ſcriptura impleretur. Os non conminuetis ex eo.
Et iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quem
tranſfi xerunt.
Non petat benedictionem, nec turificet librum.


POſt hec autē rogauit pilatum ioſeph ab ari-
mathia: eo quod eſſet diſcipulus ieſu: occultus autem
propter metum iudeorum: vt tolleret corpus ie ſu. Et
permiſit pila tus. Venit ergo: ⁊ tulit copus ie ſu.
Venit autem ⁊ nichodemus: qui venerat ad ieſum no-
cte primum: ferens mixturam myrrhe ⁊ aloes quaſi li-
bras centum. Acceperunt ergo corpus ieſu: ⁊ ligaue-




Lamentationes Jeremie prophete.
Feria quarta hebdomade ſancte.
Lectio prima.


ET factum eſt poſtquam in capti-
uitatem ductus eſt Jſrael: et Je-
ruſalem deſtructa eſt: ſedit Jeremias flens: et
planxit lamentationem hanc in Jeruſalem et dixit.
Ale ph. QUomodo ſedet ſola ci-
uitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina
gentium. Princeps prouinciarum facta eſt ſub tri-


buto.
B E th.
Plorans plorauit in nocte: et lachryme eius
in maxillis eius: non eſt qui conſoletur eam ex omnib⁹
charis eius. Omnes amici eius ſpreuerunt eam: ⁊ facti
ſũt ei inimi ci.
G I mel.
Migrauit iuda propter afflictionem ſuam: et
multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes nec


inuenit requiem. Omnes perſecutores eius appre-
henderunt eam inter anguſtias.
Jeruſalem ieruſalem conuertere ad dominum
deum tuu m.
Lec. ſecũda.
Deleth.
Vie ſion lugent eo: qđ non ſint qui veniant
ad ſolennitatem. Omnes porte eius deſtructe: ſacer-
dotes eius gemẽtes: virgines e ius ſqualide ⁊ ipſa
m


oppreſſa amaritudine. He.
Facti ſunt hoſtes eius in capite: inimici illius
locupletati ſunt: quia dominus locutus eſt ſu-
per e am: propter multitudinem iniquita-
tum eius: paruuli eius ducti ſunt captiui ante
faciem tribulantis. Vau.
Et egreſſus eſt a filia ſion omnis decor


eius: facti ſunt principes eius velut arietes: nõ inue
nientes paſcua et abierunt abſque fortitudine ante
faciem ſubſequentis. IEruſalem ieruſalẽ cõuer
tere ad dominũ deũ tuũ.
Lectio iij.
Zai n.
REcordata eſt ieruſalem dierum afflictionis
ſue: et preuaricationis omnium deſiderabilium
ſuorum: que habuerat a diebus antiquis cum cade=


ret populus eius in manu hoſtili et non eſſet auxi-
liator viderunt eam hoſtes et deriſerunt
ſabbata eius. H Eth. P Ecca-
tum peccauit ieruſalem propterea inſtabilis facta eſt:
omnes qui glorificabant eam ſpreuerunt illam quia
viderunt ignominiam eiu s: ipſa autem gemens et
conuerſa eſt retrorſum. V E th.


SOrdes eius in pedibus eius: nec recordata
eſt finis ſui: depoſita eſt vehementer: non habens
conſolatorem: vi de domine afflictionem meam: quo
niam erectus eſt inimicus.
IOth.
MAnum ſuam miſit hoſtis: ad omnia deſidera
bilia eius: quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium
ſuum: de quibus preceperas ne intrarent eccleſiam


tuam. Jeruſalem ieruſalem conuertere ad do-
minum deum tuum.
Feria quinta. Lect. j.
Aleph.
Quomodo obtexit caligine in furore ſuo domi-
nus filiam ſion: proiecit de celo in terram inclytam iſ-
rael et non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in
di e fu roris ſu i.
Beth.
Precipitauit dominus nec pepercit omnia ſpe-


cioſa iacob: deſtruxit in furore ſuo: munitiones virgi
nis iuda deiecit in terram: poluit regnum et princi-
pes eius:
Gimel.
Confre-
git in ira furoris ſui omne cornu iſrael: auertit retror
ſum dexteram ſuam a facie inimici: et ſuccendit in
iacob quaſi ignem flamme deuorantis in giro.
Jeruſalem ieruſalem conuertere ad dominum


deum tuum.
Lectio secunda.
Deleth.
TEtendit arcum ſuum quaſi inimicus: firmauit
dexteram ſuam quaſi hoſtis: et occidit omne quod pul-
chrum erat viſu: in tabernaculo filie ſion: effudit quaſi
ignem indignati onē ſuam.
He.
FActus eſt dominus velut inimicus: precipi-
tauit omnia menia eius et diſſipauit munitiones


eius: et repleuit in filia iuda humiliatum et humi-
liatam. VAu. ET diſſipauit
quaſi hortum tentorium ſuum: demolitus eſt taberna-
culum ſuum: obliuioni tradidit dominus in ſion feſti-
uitatem et ſabbatum: et opprobrium indignationem
furoris ſui regem et ſacerdotem. I Eru-
ſalem ieruſalem conuertere ad dominum deum tuum.

Lectio tertia.




ſuam a perditio ne: luxitq; ante murale ꝛ
murꝰ pariter diſſipatꝰ e ſt. T E th.
DEfixe ſunt in terra porte eius perdidit et con
triuit vectes e ius: regẽq; eius ꝛ principes eius in gẽ-
tibus no n eſt lex: ꝛ prophete eius nõ inuenerũt
viſionem a domino I O th.
SEderunt in terra et conticuerunt ſenes fili e


ſi on conſparſerunt cinere capita ſu a accincti
ſunt ci li cijs: adiecerunt in terra capita
ſua virgines ie ruſale m. Eruſa-
lem ieruſalem cõuertere ad dñm deum tu um.
Feria ſexta. Le. j.
A Leph. Quomodo ob
ſcuratum eſt aurum mutatus eſt co lor optimus di-
ſperſi ſunt lapides ſanctua rij : in capite omnium


platea rum.
B
E th.
F
Ilij ſion incly ti: ⁊ amicti au ro pri mo:
quō reputati ſunt in vaſa te ſtea: opus ma-
nuum ſi gu li.
G
Ime l.
S
Ed et lamie nudauerunt mammam lactauerūt
catu los ſu os filia populi mei crude lis quaſi
ſtruthio in deſer to.
D
Ele th.


ADheſit lingua lactentis ad palatū eius in
ſiti paruuli petierūt pa nē: ⁊ nō erat q̇ frange-
ret e is. IEruſalem ieruſa lem cōuer
tere ad dominum deum tu um.
Lec. ſecun da.
HE.
QUi veſceban
tur voluptuoſe interierunt in vijs qui nutriebantur in
croceis : amplexati ſunt ſtercora.


V Au. E T maioꝛ effecta eſt
iniquitas filie populi mei pecca to ſo domoꝛum que
ſubuerſa eſt in momento: ⁊ non ceperūt in
ea manus. Z Ai n. C An-
didioꝛes nazarei eius niue: nitidi o res lacte: rubi
candioꝛes eboꝛe antiquo: ſa phiro pulchꝛioꝛes
H E th. D Enigrata eſt ſuper


carbones facies eorum: et non ſunt cog niti in pla-
teis: adheſit cutis eorum oſſibus: a ruit et
facta eſt quaſi lignũ. Teth.
Melius fuit occiſis gladio: quã inter fe ctis
fame: quoniã iſti extabue ru nt: cõſumpti ſunt ab ſte-
rili tate terre. Ioth.
Manus mulierũ in miſericordiũ coxerunt filios


ſuos: facti ſunt cibus e a rum in co ntritione fi-
lie po puli mei. I Eruſalē ieruſalem
conuertere ad dominum deum tuum.
Lec. tertia.
O Ra ti o ie remi e prophete.
R Ecordare domine quid acciderit nobis: in
tuere et reſpice opprobrium noſtrum hereditas
noſtra: verſa eſt ad ali e nos: domus noſtra ad extra-


ne os. P Upilli facti ſumus abſqꝫ patre:
matres noſtre quaſi vidue. A Quam
noſtram pecunia bibimus: lingna noſtra pꝛecio compa-
ra ui mus. Ceruicibus noſtris minabamur: laſſis
non dabatur requies. Egypto dedimus manum
aſſi rijs vt ſa turaremur pane. P A-
tres noſtri peccauerunt et non ſunt: et nos ini


quitates eorum portauimus. Serui dominati ſunt
noſtri: et non fuit qui redi meret de manu e-
o rum. I N animabus noſtris affereba
mus panem noſtrum a facie gladij in deſerto
Pel lis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt: a fa-
ci e tempeſtatum famis. Mulieres in ſion hu-
miliauerunt: virgines in ciuitatibus iuda.


PRincipes manu ſuſpenſi ſunt: facies ſenum
non erubu e runt. Adoleſcentibus impudice
abuſi ſũt: ⁊ pueri in ligno corruerunt. Senes
de portis defecerunt: iuuenes ꝺ choro pſallen ti um.
DEfecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in lu-
ctum chorus noſter. Ce cidit corona capitis
no ſtri: ve no bis quia peccauimus. Propterea


meſtum factum eſt cor noſtrum: ideo contenebrati ſunt
ocu li no ſtri. Propter montem ſion: quia
di ſperijt: vulpes ambulauerunt in e um.
Tu autem domine in eternum permanebis: et
ſoliũ tuũ in generatione ⁊ genera tione m.
Qua re ergo in perpetuum obliuiſceris no ſtri:
derelinquens nos in longitudinem di e rum.




In prefatione cantatur ſabbato in vigilia paſche. Ad cereum paſchalem benedicendum.


xultet iam ange li ca tur-
ba celorum. Exultent diuina
miſte ri a. Et pro tanti regis vi
ctori a tuba intonet ſa luta ris.
Audeat ſe tel lus tanti luminis irra-
diata fulgoribus. Et eterni regis ſplēdore illuſtra-
ta: totius orbis ſe ſenti at


amiſiſſe cali ginem. L Etetur et mater
eccle ſi a tanti luminis adoꝛnata ſplendoꝛibus:
Et magnis populoꝛũ vo ci-
bus hec aula reſul tet. Q Ua pꝛopter
aſtantes vos fratres chari ſſi mi ad tam miram
ſancti huius luminis clari ta tem. Una mecum
que ſo dei omnipotentis miſericoꝛ


diam inuocate. E T qui me non meis
me ri tis intra leuitarum numerum digna-
tus eſt aggrega re Luminis ſui gratiam in
funden do cerei huius laudem
imple re perfi ciat. P Er do-
minum no ſtrum Jeſum Chriſtum fi-
li um ſuum. Qui cum eo viuit et regnat


de us in vnitate ſpiritus ſancti.
P Er omnia ſecula ſeculorum. Amen.
Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Surſum
corda. Habemus ad dominum. Gracias agamus
domino deo noſtro. Dignum et iuſtum eſt.
V E re quia dignum et iuſtum eſt.
Inuiſibilem deum omnipotentem patrem fi-


liumqꝫ eius vnigenitum dominum noſtrum ieſum chri
ſtum vna cum ſpiritu ſancto toto cordis ac mentis
affectu et votis miniſterio per ſo na re.
QUi pro nobis eterno patri ade debitum
ſoluit et veteris piaculi cautionem pio cruo-
re deterſit. Hec ſunt enim feſta
paſchalia in quibus verus ille agnus occi-

o tſ


itur:eiuſqꝫ ſanguine poſtes fidelium conſecrantur.
H E c nox eſt: in qua primum patres
noſtros filios iſrael eductos de egipto : rubrum
mare ſico veſtigio tranſire feciſti. H ec
igitur nox eſt que peccatorum tenebras colum-
ne illuminatione purgauit. H E c
nox eſt que hodie per vniuerſum mundum


in chriſto credentes a vitijs ſeculi ſegregatos: et cali
gine peccatorum purgatos reddit gratie ſociat q;
ſanctitati. H e c nox eſt in qua deſtructis
vinculis mortis, Chriſtus ab inferis victor
aſcendit. N ihil enim nobis naſci pro
fuit: niſi redimi profuiſſet. O mira circa nos
tue pietatis dignacio. O inextimabilis


dilectio charitatis: vt ſeruum redimeres filium tradi-
diſti. O vere neceſſarium ade peccatum: qd̄ chriſti
morte delectum eſt. O Fe lix cul-
pa que talem ac tantum meruit habere redemptorem.
O bea ta nox que ſola meruit ſcire tem-
pus et horā in q̄ xp̄s ab inferis reſurrexit. He c
nox eſt de qua ſcriptum eſt. Et nox ſicut dies illumina-


bitur: et nox illuminatio mea in deli cijs meis. Huius
igitur ſanctificatio noctis fu gat ſcelera. cu lpas
lauat: et reddit innocentiam lapſis: et meſtis leticiam.
F u gat o dia concordiã parat: ⁊ curauat im-
peria
Hic infingunt q̄n q̄ grana incenſi a diacono in cereo in modum crucis.
I N hu
ius igitur noctis gratia. ſuſcipe ſancte pater incenſi
huius ſacrificium veſpertinũ q̄d tibi in hac cerei obla


tione ſolemni per miniſtrorum manus de operibus
apum: ſacroſancta reddit ecleſia. Sed iam columne
huius preconia nouimus: quã in honore nominis tui
rutilans ignis accendit.
Hic accendat cereus.
QUi licet
ſit diuiſus in partes mutuati tamen luminis detrimen
ta non nouit. Al
litur liquentibus
ceris: quas in ſubſtantia precioſe huius lampadis apis


mater eduxit. O vere bea-
ta et mirabilis apis: cuius nec ſexum maſculi violant:
fetus non caſſant: nec filij deſtruunt caſtitatem.
Si c ſancta concepit virgo maria: virgo pe-
perit: et virgo permanſit.
Hic accendant lampades et alia lumi-
naria eccleſie.
O Ve re bea ta nox. que
ſpoliauit egyptios ditauit hebreos. No x


iſta in qua terrenis celeſtia humanis diuina coniun
guntur. O ramus ergo te domine
vt cereus iſte in honorem tui nominis conſecratus ad
noctis huius caliginem deſtruendam indeficiens per
ſeueret. Et in odorem ſuauitatis acceptus ſupernis
luminibus miſceatur. Flammas eius lucifer matuti-
nus inueniat. Il le inquam lucifer qui neſcit oc-


caſum. Il le qui regreſſus ab inferis humano ge-
neri ſerenus illuxit. P Re camur
ergo te domine vt nos famulos tuos et omnem cle-
rum et deuotiſſimum populum vna cum papa no
ſtro N. et antiſtite noſtro. N. quiete tem
porum conceſſa in his paſchalibus gaudijs aſſidua
protectione regere gubernare et cōſeruare digneris.


R E ſpice etiam ad deuotiſſimum
regē noſtrum. N. cuius tu deſiderij vota preno-
ſcens inefabili pietatis et miſericordie tue munere
tranquillum perpetue pacis accommoda et cele-
ſtem victoriam cum omni popu lo ſuo.
P E r dominum noſtrum ieſum chriſtum
filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate

ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſe cu-
lorum. Amen.

## In die natalis domini noſtri Jeſu Chriſti. Ad matutiñ. Euangelium. Matthei. j.



D ominus vo bi ſcum.

E t cū ſpiritu tu o.

I Nitium ſan cti euange li j ſe cun-
dum mattheum. Glo ri a ti bi do mine.


Liber generati o nis iesu chri-
ſti fi li j dauid fi li j a-
bra am. Abraam au tem genu it
iſaac. Iſaac au tem ge nu it iacob. Jacob
autem genuit iudã et fratres e ius. Judas
autẽ genuit phares ⁊ za ram de thamar. Phares
autem ge nu it eſ rom. Eſrõ autẽ genuit


aram. Aram autem genu it aminadab. Aminadab
autem genu it naaſon. Naaſon autem ge-
nu it ſal mon. Salmon autem ge-
nuit booz de raab. Booz autem ge nuit obeth
ex ruth. Obeth autem genuit ieſſe. Ieſſe au-
tem genuit dauid regem. DAuid autem
rex genu it ſalomonē ex ea que fu it


vri e. Salomon autem genuit roboam.
Roboā autem genuit abiam. Abi as
autem genu it aſa. Aſa autem genuit ioſaphat.
Joſaphat au tem genu it ioram. Joram autem
ge nu it o zi am. Ozias au tem
genu it ioatam. Joatam au tem genu it
achaz. Achaz autem genuit ezechiam. Ezechias


autem genuit manaſſem. Manaſſes autem ge-
nu it a mon. Amon autem genuit
ioſi am. Ioſias autem genu it
iechoniam et fratres e ius in
tranſmigratione babylo nis. Et poſt tranſmi-
grationem babylo nis. Iechonias
genuit ſalatiel. Salatiel autem ge nu it


zorobabel. zorobabel autem genu it abi ut.
Abi ut autem genuit eliachim. Elia-
chim autem genu it azor. Azor autem ge-
nu it ſa doc. Sadoc autem genuit achim.
Achim autem genuit e liut. E li
ut autem genuit eleazar. Eleazar autē ge nu it
mathan. Mathan autem genuit iacob. Jacob autē




In die Epiphanie domini.
Ad matutinū. Euangelium.




Gloria tibi domine.
FActum eſt
au tem cum baptiza re tur omnis populus et
ieſu baptizato et ora nte ape rtum eſt
ce lum. Et deſcen dit ſpi ritus ſanctus
corpo ra li ſpe ci e ſicut columba in ipſum.
Et vox de ce lo fa cta eſt.
TU es filius me us dilectus in te com-


pla cu it mi hi. Et i pſe ieſus e-
rat incipiens quaſi anno rum triginta vt putaba-
tur ſi li us io ſeph. Qui fuit
he li. Qui fu it mathat. Qui fu it le-
ui. Qui fu it melchi. Qui fu it ia ne. Qui
fu it ioſeph. Qui fu it ma tha thi e.
Qui fuit a mos. Qui fuit naum. Qui fuit heſli.


Qui fu it nagge. Qui fu it mathath. Qui
fu it mathathie. Qui fu it ſemei. Qui
fu it io ſeph. Qui fuit iu da. Qui
fu it io hanna. Qui fu it re ſa. Qui
fu it zorobabel. Qui fu it ſalatiel. Qui
fu it neri. Qui fu it mel chi.
Qui fuit addi. Qui fuit coſan. Qui fu it helmo-


dam. Qui fu it her. Qui fu it ie-
ſu. Qui fuit e li e zer. Qui fuit iorim. Qui fu-
it mathat. Qui fu it leui. Qui fu it
ſi me on. Qui fuit iu da. Qui fuit
io ſeph. Qui fu it io na. Qui fu it
eliachim. Qui fu it melcha. Qui fu it
menna. Qui fu it ma tha ta. Qui fuit


dam. Qui fu it her. Qui fu it ie-
su. Qui fuit e li e zer. Qui fuit iorim. Qui fu-
it mathat. Qui fu it leui. Qui fu it
si me on. Qui fuit iu da. Qui fuit
io seph. Qui fu it io na. Qui fu it
eliachim. Qui fu it melcha. Qui fu it
menna. Qui fu it ma tha ta. Qui fuit


na than. Qui fuit dauid. Qui fuit ieſſe. Qui
fuit obeth. Qui fu it booz. Qui fuit
ſalmon. Qui fu it naaſon. Qui fu it aminadab.
Qui fu it aram. Qui fu it
eſ rom. Qui fuit pha res. Qui fuit iu de.
Qui fu it ia cob. Qui fu it iſaac. Qui
fu it abrae. Qui fu it tha-


re. Qui fu it na chor. Qui fuit ſerug. Qui
fu it ragau. Qui fu it phaleg. Qui fu
it heber. Qui fuit ſa le. Qui fu it cainam. Qui
fu it arphaxat. Qui fu it ſem. Qui fuit
no e. Qui fuit la mech. Qui fuit ma thu
ſa lem. Qui fuit e noch. Qui fuit iareth.
Qui fuit malaleel. Qui fu it cainam.




Dominica in ramis palmarum finita proceſſione dicitur a pueris intra ianuam eccleſie hunc verſum, ſcilicet.




pium. ℟. Gloria laus. ℣. Israel es
tu rex dauidis et inclyta proles: nomine
qui in domini rex benedicte venis. Gloria. ℣.
Cetus in excelsis te laudat celitus oĩs: et
mortalis homo et cuncta creata ſimul. Gloria la. ℣.
Plebs hebrea tibi cum palmis obuiã venit:
cũ prece et voto hymnis canim⁹ ecce tibi. Gloria.

Dicitur in fine tenebrarum a pueris exiſtentibus in duobus locis. Primi incipiant.




in cruce manibus: traxiſti omnia ad te ſecula.
Cho rus. Domine. Alij. ℣. Qui prophe-
tice prompſiſti: ero mors tu a o mors. Cho rus.
Domine. Primi. Ver. Ita in ligno
moritur: infernus et mors lugens ſpoliatur. Chor⁹.
Domine. Alij. Ver. Teqꝫ vinciri voluiſti:
noſqꝫ a mortis vinculis eripuiſti. chor⁹. Domi. Ver.



A gnomiti baſi a cu i lupus dedit vene-
noſa. ꝑ. Domine.
Incipiant modo altius duo pueri.
K y-
ri e leiſon.
Aliis duob⁹ reſpondētib⁹
D omine
miſerere.
Iterum alij.
C hriſte le iſon.
Et alij.
C hriſtus dominus
Iterum alij.
K y-
ri e le iſon.
Et alij.
F actus eſt
o bediens vſque ad mortem.
Finiente choro.

Feria quinta in cena domini ad miſſam. Officium.




Gloria. Ky rie
leiſon. Ky rie leiſon.
Kyrie. Chriſte leiſon.
Chriſte e leiſon. Chriſte.
Kyri e le iſon.
Ky ri e e leiſon. Ky ri e
leiſon. R.


CHri ſtus factus eſt pro no bis obe-
diens vſ que a d mortem mor
tem aute m cruci s. ℣.
propter quod et deus exaltauit illu
m et de
dit illi no me n qđ eſt ſuper
om ne no me n.
r


Offr. D
Ex te ra do mi ni
fe cit vi rtu tem dextera do mi ni
exalta uit me non mori ar
ſed ui ua m et narrabo o pera
domi ni.
Comuni. D
Omi nus ieſus
poſt q̃z cena uit cum: diſci pulis ſuis lauit pedes
corum et a it illis ſci tis




Feria quinta in paraſceue Ad veſperas

Aña.

Pſal mus.

Credidi propter quod locutus ſum : ego au-
tem humiliatus ſum nimis.
Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mēdax.
Quid retribuam domino: pro omnibus que re
tribuit mihi.
Calicem ſalutaris accipiam: et nomen domini inuocabo.
Uota mea domino reddam coram omni populo eius: pre
cioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.
O domine quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus: et fi-
lius ancille tue. Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo
hoſtiam laudis: et nomen domini inuocabo.
Uota mea domino reddā in conſpectu ōnis populi eius:
in atriis domus domini in medio tui hieruſalem. Aña.




Pſalmus.

AD dominum cum tribularer clamaui: et exaudi uit me. Domine libera animam meam a labijs iniquis: et a lingua doloſa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam.

Sagitte potētis acute: cū carbonibꝰ deſolato rijs. Heu mihi quia incolatus meus prolōgatꝰ eſt, habi taui cum habitantibus cedar: multū incola fuit aīa mea. Cum his qui oderūt pacem eram pacificus: cum loque, bar illis impugnabant me gratis. Aña.





gratis. Aña. AB hominibus. Psalmus.

ERipe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die conſtituebant prelia.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labijs eorum.

Cuſtodi me domine de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.

Dixi domino, deus meus es tu: exaudi domine vocem deprecationis mee. Domine domine virtus ſalutis mee: obumbraſti ſuper caput meum in die belli.

Nō tradas me domine a deſiderio meo peccatori, cogitauerūt cōtra me: ne derelinquas me ne forte exaltētur.

Caput circuitus eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos. Cadent ſuper eos carbones in ignem deijcies eos: in miſerijs non ſubſiſtent.

Vir linguoſus non dirigetur in terra: virum iniuſtum mala capient in interitu.

Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis: et vindictam pauperum.

Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo. Aña.



AB hominibꝰ iniquis libera me domine. Añ.



CUſtodi me a laqueo. Pſalmus.

DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in cõſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pone domine cuſtodiam ori meo: et oſtium circunſtantie labijs meis.
Non declines cor meum in verba malitie: ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cum hominibus operãtibus iniquitatem: ⁊ nõ cõmunicabo cum electis eorum.
Corripiet me iuſtus in miſericordia et increpabit me: oleum autem peccatoris non impugnet caput meum.
Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: abſorpti ſunt iuncti petre iudices eorum.
Audient verba mea quoniam potuerunt: ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſuper terram.
Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum, quia ad te domine dñe oculi mei: in te ſperaui nõ auferas animã meam.
Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mihi: et a ſcandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſum ego donec tranſeam. Antiphona.



CUſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mihi:



et a ſcandalis operantium iniquitatem. Aña.



COnſiderabã ad dexterã. Pſalmus.

VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus ſum.
Effundo in conſpectu eius orationem meam: et tribulationem meam ante ipſum pronuntio.
In deficiendo ex me ſpiritum meum: et tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabam: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Conſiderabam ad dexteram et vdebam: et non erat qui cognoſceret me.
Periit fuga a me: et non eſt qui requirat animam meam.
Clamaui ad te domine, dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentium.
Intẽde ad deprecationẽ meã: quia humiliatꝰ ſum nimis
Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.
Educ de cuſtodia animam meam ad confitendũ nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas mihi. Aña.



C Onſiderabam ad dexteram et videbam, ⁊ nō



e rat qui cognoſceret me. ℟. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens patri. Ad magnificat. Aña.



C Enantibus autem. Pſalmus.

Magnificat: anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enim ex hoc beatā me dicēt oēs generationes.
Quia fecit mihi magna qui potēs eſt: et ſanctū nomē eiꝰ.
Et miſericordia eiꝰ a progenie in ꝓgenies: timētibꝰ eū.
Fecit potentiā in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potētes d̄ ſede: ⁊ exaltauit humiles
Eſurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes.
Suſcepit iſrael puerū ſuum: recordatus miſericordie ſue.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: abraham et ſemini eius in ſecula. Aña.



C Enantibus autem accepit ieſus panem



benedixit ac fregit deditq; diſcipulis ſuis. Si veſpere dicuntur cũ miſſa, dicatur ſtatim oratio, ſcilicet: Refecti vitalibus alimentis. et Ite miſſa eſt. Sin autem poſt antiphonã de Magnificat dicitur Pater noſter ſub ſilentio. Deinde pſalm⁹ Miſerere mei deus. et oratio. Reſpice queſumus domine ſuper hanc familiam tuam.

## Feria ſexta in paraſceue. Ad miſſam.

Finita nona legatur ab vno portionario prima prophetia abſolute, et ſine titulo. Ex Oſea. vj.

HEc dicit dominus. In tribulatione ſua mane cõſurgent ad me. Venite et reuertamur ad dominum: quia ipſe cepit et ſanabit nos: percutiet, et curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies: et in die tertio ſuſcitabit nos. Et viuemus in conſpectu eius: ſciem⁹ ſequemurq;: vt cognoſcamus dominũ. Quaſi diluculum preparatus eſt egreſſus eius: et veniet quaſi imber nobis temporaneus: ⁊ ſerotinus terre. Quid faciã tibi effraim? Quid faciam tibi iuda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina: et quaſi ros mane pertranſiens propter hoc dolaui in prophetas: et occidi eos in verbis oris mei: ⁊ iuſtitia mea quaſi lux egredietur. Quia miſericordiam volo et non ſacrificium: ⁊ ſcientiam dei pluſquã holocauſtum. Tractus. Domine audiui. cantatur a duobus canonicis lenta voce.


D o mi ne a udi ui
auditum tu m m et ti mui
conſi dera ui
o pera tu a et ex pa ui. ℟
In me di o du orum ani ma
li u m innote ſceris: dum apro
pinqua ve rint an ni cogno ſceri







Finito tractu dicat ſacerdos. Oremus. et diachonus dicat.




Deinde dicit Orationem.

Oratio.

Deus a quo et iudas proditor reatus ſui penam: et confeſſionis ſue latro premiũ ſumpſit: concede nobis tue propiciationis effectum: vt ſicut in paſſione ſua Jeſus Chriſtus dominus noſter diuerſa vtriſq; intulit ſtipendia meritorum: ita nobis ablato vetuſtatis errore, reſurrectionis ſue gloriam largiatur. Qui tecum viuit et regnat.

Qua finita dicit alius portionarius ſine titulo. Lectionem ſecundam.

Exodi.xij.

In diebus illis dixit dominus ad Moyſen et Aaron in terra egipti. Menſis eſt vobis principium menſium: primus erit in mẽſibus anni, loquimini ad vniuerſum cetum filiorum Iſrael: et dicite eis. Decima die menſis huius: tollat

vnus quiſque agnum: per familias et domos ſuas. Si autem maior eſt numerus: vt ſuficere poſſit adueſcēdum agnū: aſſumat vicinum ſuum qui iunctus eſt domui ſue: iuxta numerū animarum que ſufficere poſint ad eſum agni. Erit autem agnus abſque macula: maſculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis et hedū: et ſeruabitis eum vſqꝫ ad q̄rtam deciman diem menſis huius. Immolabit que eum vniuerſa multitudo filiorum iſrrael ad veſperā: et ſument de ſanguine eius: ac ponent ſuper vtrumqꝫ poſtem: et ſuper liminaribus domorum: in q̇bus comedent illum. Et edēt carnes nocte illa aſſas igni: ⁊ azimos pones cum lectucis agreſtibus. Non comedetis ex eo crudū quid: nec coctū aqua: ſed aſſum tantum igni. Caput cū pedibus eius et inteſtinis vorabitis: nec remanebit ex eo quicq̄ vſque mane. Si quid reſiduum fuerit igni comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes veſtros accingetis: et calciamēta habebitis in pedibus, tenētes baculos in manibus: et comedetis feſtinanter. Eſt enim phaſe: ideſt tranſitus domini.

## Tractus.






Statim dicitur paſſio : vt ſupra.

Finita paſſione : dicat ſacerdos orationes ſequentes in cornu ſiniſtro altaris. S. ad partē epiſtole. Oratio.






Oratio.

OMni potēs ſempiterne Deus: qui gloriam tuam omnibus in chriſto de gentibꝰ reuelaſti: cuſtodi opera miſericordie tue: vt ecleſia tua toto orbe diffuſa: ſtabili fide confeſſione tui nominis perſeueret. Per dominum noſtrum Jeſum chriſtum. ℟. Amen.

Oratio.



O Remus et pro beatiſſimo papa noſtro .N.



vt Deus et dominus noſter qui elegit eum in ordine



epiſcopatus ſaluum atqꝫ incolumen cuſtodiat ecle



ſie ſue ad regendũ populũ ſanctum dei. Oremus.



Flectamus genua leuate.

Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne Deus: cuius iudicio vniuerſa fundãtur: reſpice propicius ad preces noſtras: et electum nobis antiſtitem tua pieta te conſerua: vt chriſtiana plebs: que tali guber natur auctore: ſub tãto põtifice: credulitatis ſue meritis augeatur. Per dominum noſtrum. R. Amen.

Oratio.



ORemus et pro omnibus epiſcopis preſbiteris



diaconibus ſubdiaconibꝰ acolitis exorziſtis lectoribꝰ



hoſtiariis cõfeſſoribus virginibus viduis et pro omni



populo ſancto dei. Oremus Flectamus genua leuate.

Oratio.

OMnipotes ſempiterne Deus: cuius ſpiritu totum corpus ecleſie ſanctificatur et regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſuplicantes: vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dominum in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti. ℟. Amen.

Oratio.



ORemus et pro chriſtianiſſimo rege noſtro. N.



ut deus et dominus noſter ſubditas ſibi faciat omnes



barbaras nationes ad noſtram perpetuam pacem



Oremus. Flectamus genua leuate.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus: in cuius manu ſunt omnium poteſtates: et omnium iura regnorum: reſpice ad romanum benignus imperium: vt gentes que in ſua feritate confidunt: potentie tue dextera comprimantur. Per dominum noſtrum.

℟. Amen. Oratio.



ORemus et pre chatecuminis noſtris vt De



us ⁊ dominꝰ noſter adaperiat aures p̄cordiorū ipſorū



ianuam ꝗ miſericoꝛdie ſue vt perla vachꝛum



regenerationis accepta remiſſione omnium pecca



toꝛum et ipſi inueniātur in Chꝛiſto ieſu domino noſtro



Oꝛemus. Flectamus genua leua te.

Oꝛatio.

OMnipotens ſempiterne Deus: qui ecleſiam tuam noua ſemper pꝛo le fecundas: auge fidem et intelectum cathecuminis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis: adoptionis tue filiјs aggregentur. Per dominum. ℟. Amen.

Oꝛatio.



ORemus dilectiſſimi nobis deum patrem




Oratio.

Omni potens ſempiterne Deus: meſtorum conſolatio: laborantium fortitudo: perueniant ad te preces: de qua cumqz tribulatione clamanciū: vt omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuam ſentiant affuiſſe. Per dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oratio.



ORemus et pro hereticis et ſcis maticis vt



Deus et dominus noſter eruat eos ab erroribus



vniuerſis et ad ſanctam matrem ecleſiam catholicam



reuocare dignetur. Oremus. Flectamuꝰ genua leuate.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus: qui ſaluas omnes: et neminem vis perire: reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate depoſita: errantium corda reſipiſcāt et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oratio.



ORemus et pro perfidis iudeis vt Deus et do



lis ſuis conuertantur ad Deum viuum et verum et



vnicum filium eius ieſum chriſtum dominum noſtrum



cum quo viuit et regnat cum ſpiritu ſancto Deus



Et nō reſpōdetur. Amen.

per omnia ſecula ſeculorum.



Oremus. Flectamus genua leuate.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus: qui non vis mortem peccatorum: ſed vitam ſemper inquiris: ſuſcipe propitius orationem noſtram: et libera eos ab idolorū cultura: et aggrega eccleſie tue ſancte: ad laudem: ⁊ gloriā nominis tui. Per dominū noſtrum. ℟. Amen.

# In paraſceue.

Completis orationibus duo canonici ſuper pelicijs in duti in ſiniſtro cornu altaris, verſi ad populum, tenẽtes in manibus crucem coopertam cum pano nigro: cantẽt. Añam ſequentem.

Aña.




Deinde duo portionarij in ſuper pelicijs: in medio cori maioris, verſi ad altare: cantãt: ſequentia.



minus noſter auferat velamē de cordibus eorum



et ipſi agnoſcant ieſum chriſtum dominum noſtrum.

Et non reſpondetur. Amen.



Oremus.

Et non dicatur. Flectamus.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus: qui etiam iudaicam perfidiam a tua miſericordia non repellis: exaudi preces noſtras: quas pro illius populi obcecatione deferimus: vt agnita veritatis tue luce que chriſtus eſt: a ſuis tenebris eruantur. Per eundem. ℟. Amen.

Oratio.



Oremus et pro paganis vt deus omnipotens



auferat iniquitatem a cordibus eorum vt relictis ido







Tunc cantant in choro flexis genibus: ſequentia.




Tunc ſupra dicti duo canonici in dextro cornu altaris: verſi ad populum: cum crucem cantant Añam. ſequẽtem.






¶ Statim duo ſupradicti portionarij. Cantant inter coros. Agios: et in choro reſpondent. Sanctus Deus Iterum ſupradicti duo canonici de medio altaris cantāt añam ſequentem. Aña.






Deinde duo ſupradicti portionarij ad portã chori: cãtãt. Agios. Et in choro reſpondent. Sanctus Deus.

¶ Interin quod iſta finiũt: paret ſtratum coram altare cum pãnis ſericis: ⁊ allijs ornamẽt ad adorandam crucẽ. Et finitis ſtationibus prout dictũ eſt ſupra. Sacer. faciens officiũ: exuat capam: ⁊ accipiat crucẽ velatam de mãibus preſbyteroꝝ duoꝝ: qua ſuſcepta: accedat ſacerdos: ad dextrum cornu altaris: incipiat hãc Añam.









Diſcooperiendo brachium dextrum crucis. Et continuo chorus reſpõdeat. Inquo ſalus mundi pependit: ⁊ dum chorus cantat ſuꝑdictã añaȝ. ſacer. tranſeat ad ſiniſtrum cornu alta: ⁊ iterũ incipiat ſupredic. añaȝ· S. Ecce lignũ. Eleuando vocẽ aliquantulum altius q̃ȝ prima vice: diſcooꝑiendo aliud brachium cru: chorus ꝛ̃o reſpondeat. Inquo ſalus mundi pependit: ⁊ dum chorus cantat añaȝ: ſacer: veniat ad medium alta. ⁊ incipiat. iij. Añam. S. Ecce lignum. Eleuando altius vocem q̃ȝ alis vicibus. Et tunc diſcooꝑiat crucem totalr̃: eleuando ipſaȝ quantum potuerit. Et chorus reſpõdeat. Inquo ſalus mundi. Uſq; in finem. Interin dum clerus crucem adorat chorus cantet añas ſequentes ſcilicet. Aña.







ri fi camus ecce enim propter crucem ve
nit gaudium in vniuerſo mundo.
Aña.
ADoramus crucis ſig na
cu lum perquem ſalutis ſumpſi mus
ſacrame ntum in quo do mi nus
no ſter quaſi inſta te ra ſe
ipſum preciuz noſtrum penſa uit vt vita


vẽdita ſi eret mors captiua i n quo ne mu n
dus graui lapſu corruat ſanctos pedes chriſtus
affixit et contra for tem forti orem to
tus mundu s triumphatorem oſtendit hoc
ta men plus eſt mi ra bi le quia quem totus
mundus non ſufice re t in vno ſtans ſtipi
te cu r ſum vi cto r impleuit. Aña.


O
Crux ſplendidi or cuntis aſtris mundo
celebris ho mi nibus mu l tu m
a ma bili s ſa ncti o r v ni
uerſisque ſo la fu iſti digna
porta re ta lentum mundi dulce lig-
nũ dulces cla uos dulcia fe rens ponde ra
ſa lua preſentem caterua m in


tu is iu gi ter laudibus congre gatam. Alia.
O Crux admirabi le ſignum in quo do
mi nus noſter dei filius eſt ſuſpenſus pro noſ
trorum pondere crimi nũ mortis dãna uit ſup
plici um et ſan guis e ius effuſus eſt in preci
um noſtre ſa lu tis. Alia.
O Crux bene di cta


que ſo la fui ſti digna porta
re regē celo rum et dominū. Aña.
O Cru x benedicta quia in te pe
pendit redemtor mundi et in te tri umphauit
re x angelorum. Aña.
Per ſignum cruci s de ini mici s
noſtris libera nos deus noſter. Aña.

In paraſceue.




numenta aperta ſu nt terremotus e ni
m factus fu e rat magnus quia mortem fi
li j de i clama ba t mun
dus ſe ſuſtine re non poſſe aper
to ergo miles lance a late re cruci
fixi domi ni exiuit ſa nguis et
a qua in redemptio ne in ſa lu


tis no ſtre.
Aña.
O Admira bi le preci um cuius
po nde re capti ui tas redempta
eſt mundi tartare a confracta ſunt clauſtra
inferni aperta eſt no bis ianua
Aña.
re gni.
O Crux mirabilis ſig num quia ſuper te


pependit redemptoꝛ i ſra el o quaz dulce lignum
quam dulces claui quam dulce pondus ſu ſtinet : o
quã gloꝛioſum eſt lignum quam pꝛecioſum eſt et charum
que chꝛiſtum meru it ſuſtine re per quem totus
mundus re demptus eſt. Aña.
Adoꝛamus te chꝛiſte et benedicimns tibi
quia per ſanctã crucem tuam redemiſti mundũ. Aña.

LIgnum vi te crucem tuam domine glori-
fica ndu m eſt: mors e nim per illam damna-
ta eſt mundus o mnis per ipſam illumina
tu s eſt omni potens domine gloria tibi.

Adorata cruce a clero et populo: ſupradicti duo presby. qui prius crucem tenuerunt: reuerenter accipiant eam de ſtratu cum ſuo panno: et pergant cum ea ante medium altaris incipientes hanc añam.

SUper omni a ligna cedrorum tu ſo
la excel ſi o r in qua vi ta mundi



pependit in qua chriſtus triumphauit et mors



mo rtem ſu pe ra uit in e ternum.

Feria ſexta ad veſperas aña. Calicem ſalutaris. vt ſupra excepto ꝙ vltimo loco dicatur iſta aña.



De manu filiorum. Pſalmus.

Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prelium: ⁊ digitos meos ad bellū. Miſericordia mea et refugium meum: ſuſceptor meus et liberator meus.

Protector meus et in ipſo ſperaui: qui ſubdit populum meum ſub me. Domine quid eſt homo quia innotuiſti ei: aut filius hominis quia reputas eum.

Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra pretereunt. Domine inclina celos tuos et deſcende: tange montes et fumigabunt.

Fulgura coruſcationem et diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas et conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto: eripe me et libera me de aquis multis: et de manu filiorum alienorum.

Quorum os locutum eſt vanitatem: et dextera eorum

dextera iniquitatis.

Deus canticum nouum cantabo tibi: in pſalterio decachordo pſallam tibi.

Qui das ſalutem regibus: qui redemiſti dauid ſeruum tuum: de gladio maligno eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum eſt vanitatē: ꝛ dextera eorũ dextera iniquitatis.

Quorum filij ſicut nouelle plātationes in iuuētute ſua.

Filie eorum cōpoſite: circumornate vt ſimilitudo tēpli.

Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.

Oues eorum fetoſe abundantes in greſſibus ſuis: boues eorum craſſe.

Non eſt ruina macerie neque tranſitus: neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui hec ſunt: beatus populus cuius dominus deus eius. Aña.



De manu filiorum a li e norum libera me



domine.

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens. Ad Magnificat aña.



Tanto tempore vobiſcum eram docens vos




Pater noſter. Pſalmus. Miſerere mei deus. Oratio.
Reſpice queſumus. vt ſupra.




mine do mi ni. O ſanna
i n e x ce l ſis.
A Gnus de i qui tol lis pecca ta
mundi miſere re no bis.
A Gnus de i qui to l lis pecca ta mundi miſe-
re re no bis. Agnus dei qui tollis peccata
mun di. Dona no bis pacem.

¶ Explicit paſſionarium: cum lamentationibus Jeremie atque benedictione cerei paſchalis: et euangelijs natiuitatis, et Epiphanie domini. Etiam officium miſſe et veſp. de feria quinta in cena domini, et totum officium de feria ſexta in paraſceue cum orationibus cum cantu: ſecundum vſum alme eccleſie Toletane: correctum per eundem Joannem Rincon, iuſſu admodum illuſtris Gometij, Telli, Giron: moderatoris digniſſimi iſtius archiepiſcopatus: auctoritate apoſtolica. Impreſſum vero Toleto: in officina Joannis de la Plaça impreſſoris. Anno a natiuitate chriſti: milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo: tertio calen. Decembris.




BIBLIOTECA

S E M P

n.º 198

EST. PIDAL-12a
T-6-

6o